

celsi egredimini et venite. Statimque egres-
 si sunt sidrac misac et abdenago de medio
 ignis. Et congregati sarrape magister et
 iudices et potentes regis contemplaba-
 tur viros illos: quoniam nihil potestatis ha-
 buisset ignis in corporibus eorum: et capilli
 capitis eorum non esset adustus: et saraba-
 la eorum non fuissent immutata: et odor
 ignis non transisset per eos. Et erupens na-
 buchodonosor ait. Benedictus deus eorum
 sidrac videlicet misac et abdenago: qui
 misit angelum suum et eruit seruos suos
 qui crediderunt in eum: et verbis regis
 immutauerunt: et tradiderunt corpora sua
 ne seruirent et ne adorarent omnem deum ex-
 cepto deo suo. A me ergo positum est hoc
 decretum: ut omnis populus tribus et lin-
 gua quecumque locuta fuerit blasphemiam
 contra deum sidrac misac et abdenago dispe-
 reat: et domus eius vastetur. Neque enim est
 alius deus qui possit ita saluare. Tunc
 rex pronouit sidrac misac et abdenago in
 puincia babilonis. Nabuchodonosor
 rex omnibus populis gentibus et linguis qui
 habitant in vniuersa terra: pax vobis
 multiplicet. Signa et mirabilia fecit
 apud me deus excelsus. Placuit ergo
 mihi predicare eis signa quia magna sunt:
 et mirabilia eius quia fortia: et regnum eius
 quia regnum sempiternum: et potestas eius
 in generatione et generatione. **III**
Ego nabuchodonosor quietus
 eram in domo mea: et florens in
 palatio meo. Somnium vidi
 quod perturbauit me: et cogitationes mee in-
 stratum meum et visiones capitis mei con-
 turbauerunt me. Et per me positum est decre-
 tum: ut introducerent in conspectu meo
 cum sapientes babilonis: et ut solutio-
 nem somnii indicarent mihi. Tunc in-
 grediebant arioli magi chaldei et auru-
 spices: et somnium narraui in conspectu eo-
 rum: et solutionem eius non indicauerunt mi-
 hi: donec collega ingressus est in conspe-
 ctu meo daniel: cui nomen balthasar fin

nomen dei mei qui habet spiritum deorum san-
 ctorum in semetipso: et somnium coram ip-
 so locutus sum. Balthasar princeps ari-
 olozum quoniam ego scio quod spiritum deorum san-
 ctorum habeas in te: et omne sacramen-
 tum non est impossibile nobis: visiones som-
 niorum meorum quas vidi: et solutionem earum
 narra. Visio capitis mei in cubili
 meo. Videbam: et ecce arbor in medio
 terre et altitudo eius nimia. Magna ar-
 bor et fortis: et proceritas eius contingens
 celum. Aspectus illius erat versus ad ter-
 minos vniuersae terre. Folia eius pulcher-
 rima: et fructus eius nimius et esca vni-
 uersorum in ea. Subter eam habitabant ani-
 malia et bestiae: et in ramis eius conue-
 sabant volucres celi: et ex ea vescebatur
 omnis caro. Videbam in visione capitis
 mei super stratum meum: et ecce vigil et san-
 ctus de celo descendit: clamauit fortiter
 et sic ait. Succidite arborem et decidite ra-
 mos eius excutite folia eius: et dispergi-
 te fructus eius: fugiat bestiae quae subter
 eam sunt et volucres de ramis eius. Ge-
 runtamen germen radicis eius in terra fini-
 te: et alligat vinculo ferreo et erit in her-
 bis quae foris sunt: et rore celi tingat: et
 cum feris pars eius in herba terre. Cor
 eius ab humano commutetur: et cor fere de-
 tur ei: et septem tempora mutentur super eum.
 In sententia vigili decretum est et sermo
 sanctorum et penitentia: donec cognoscant vi-
 uentes quoniam dominus excelsus in regno homi-
 num: et cuiuscumque voluerit dabit illud: et
 humilimum hominem constituet super eum. Hoc
 somnium vidi ego nabuchodonosor rex.
 Tu ergo balthasar interpretationem nar-
 ra festinus: quia omnes sapientes regni
 mei non queunt solutionem edicere mi-
 hi. Tu autem potes: quia spiritus deorum san-
 ctorum in te est. Tunc daniel cuius nomen baltha-
 sar cepit intra semetipsum tacitus cogi-
 tare quasi vna hora et cogitationes eius
 conturbabant eum. Respondens autem rex
 ait: Balthasar somnium et interpretatio